

7. Politicor. Natura quidem humano generi dedit hos seniores, hos juniores; quorum quidem primos principari, secundis subijci decet: nec indignari debet junior subditus futurus, honestum enim est juvenibus ministrare & obedire senioribus. Et in expresso, istam sententiam & conclusionem probat text. in dict. cap. Licet. de Voto. & ibi tenet Abbas 2. col. num. 9. & communiter DD. & tenet Oldrad. in dict. consil. 94. 4. column. & tenet Alber. in 1. Prefation. Digestor. §. Discipuli. 4. colum. versic. Et ad tollendam discordiam, &c. & in leg. penult. Cod. de Donat. inter vir. & uxor. 3. col. Joan. le Cirier. in tract. de Primogenitur. in 2. lib. 14. quest. 2. col. versic. Ulterius dicitur. & idem disponit hodie lex vadè notabilis & moralis Partit. scilicet, lex 2. tit. 15. 2. part.

8 Item adde, quod femina de jure & consuetudine extantibus masculis non succedit in Regno; sed eis non extantibus bene succedit: Primò, quia officia publica, & dignitates, quæ consistunt in administratione, sunt interdicta feminis, tam propter honestatem, quam propter animi constantiam, & rectitudinem iudicii: text. est in leg. Fæmina. ff. de Regul. jur. cujus verba sunt: Fæmina ab omnibus officiis civilibus vel publicis remota sunt, & ideo non iudices esse possunt, non magistratum gerere, non postulare, &c. text. in leg. Cum prator. in fin. ff. de Judiciis. text. in leg. 3. versic. Corporalia. ff. de Mun. & honor. text. in leg. 1. §. Sexum. ff. de Postuland. text. in cap. Mulierem. caus. 33. quest. 5. text. in leg. fin. Cod. de Arbitr. Secundò & principaliter per text. in cap. Cum devotissimam. juncto cap. sequent. caus. 12. quest. 2. & ibi expressè notat & tenet Glossa final. Archid. & communiter DD. Tertio per text. in cap. Significavit. de Rescript. ubi soror, non extantibus masculis, successit fratri suo in Comitatu. (d) Quarto per text. in cap. Dilecti. de Arbitr. ubi expressè dicit textus, quod licet femina non possit officium publicum, vel jurisdictionem exercere, tamen virtute consuetudinis bene potest habere & exercere. Et in expresso, istam sententiam & conclusionem tenet Abbas Panorm. in cap. Dilecti. extra, de Arbitris. 1. col. & 1. notabil. & melius 3. col. num. 11. & ibi Joan. de Imol. 2. col. num. 11. post Innoc. & Antiquos ibi, idem Abbas in cap. Significavit. de Rescript. 2. col. num. 3. & ibi alii DD. idem Abbas in cap. Dilecti. 1. col. & 1. notabil. de Major. &

(d) Hujus sententiæ etiam Burgos de Paz in Proemio legum Taur. num. 56. & sequent. Molin. lib. 3. de Hispan. Primog. cap. 4. num. 5. Matienz. alios plures, tam hujus, quam contrariæ opinionis allegans in leg. 7. tit. 17. gloss. 6. lib. 5. num. 1.

obed. & ibi Felin. & alii DD. Bald. in leg. In multis. 2. lectur. ff. de Statu homin. Angel. de Perus. in leg. Cum prator. §. 1. ff. de Judic. ubi dicit, quod femina potest habere jurisdictionem jure proprietatis, & eam per se ipsam exercere; ut facit spectabilis Comitissa Matilda & Illustrissima Regina Joanna, quæ tulit sententiam in solio regali contra illos de Balso. Philipp. Dec. in leg. Fæmina. ff. de Regul. jur. 1. col. num. 3. & in effectu Martin. de Laud. in dict. tract. de Primogenitur. 11. quest. Joan. le Cirier tract. de Primogenitur. in 1. lib. 19. quest. Paris de Puteo in suo tract. Syndicat. 28. fol. in part. dicitur. 2. col. Bald. per text. ibi, in cap. 1. §. Fæmina. Per quos fiat investitura. in Feudis. ubi dicit, quod femina potest habere Vasallos & jurisdictionem. Pro qua sententia & conclusione est hodiè in nostro Regno expressa & notabilis lex Partit. la 2. propè fin. tit. 15. 2. part.

9 Item adde, quod si talis Rex & successor sit minor 14. annorum, clarum est quod debet habere tutorem, per quem debeat regere & gubernare: Sed dubium est, an major 14. annorum, minor tamen 25. annorum, possit per se regere & gubernare? in quo breviter dico, quod licet in aliis successoribus & bonis particularibus persona privata possit per se administrare & negotia gerere, & non teneatur de jure recipere curatorem, ut in §. 1. versic. Item inviti. Institut. de Curat. cum similib. tamen in Regno, & per consequens in aliis successioneibus universalibus, quæ consistant in publica & generali administratione, bene cogitur & tenetur recipere curatorem, & per eum regere & gubernare, propter bonum publicum; quia fragile & imperfectum est tale consilium: argumento text. in leg. 1. & per tot. ff. de Minor. & præsumptio naturalis est contra eum, ut non sciat bene regere & gubernare: & ideo scriptum est nemo juvenes eligit Duces, quia constat eos non esse prudentes: & præterea, etiam sapientissimus Salomón, licet tria dicat sibi esse difficilia, tamen fatetur quartum penitus ignorare, scilicet viam juvenis in adolescentia. Et Dominus comminans perversis regionibus, ait, dabo pueros Principes eorum. Isaia cap. 4. Et va terra cujus Rex puer est. Eccles. 10. Nec est eadem ratio in Rege, quæ in aliis personis privatis; quia ejus officium est alios regere & gubernare, & subditis justitiam ministrare, ut

in cap. Reg. 25. quest. 5. & in leg. Ad rem publicam. ff. de Muner. & honor. cujus verba sunt: Ad rempublicam administrandam ante 15. annum vel ad munera quæ non patrimonii sunt, vel honores, admitti minores non oportet. Facit etiam bonus text. in leg. Spuri. §. Minores. ff. de Decurionib. ubi, licet minor possit esse Decurio, & in eo fundari officium publicum Decurionatus, vel simile; tamen non habet vocem in capitulo vel concilio, nec administrationem officii ante 25. annos: Facit etiam text. in cap. Indecorum. extra, de Etate & qualitate. Et in expresso ex his fundamentis & rationibus istam sententiam & conclusionem tenet Oldrad. in consiliis suis. consil. 52. Alber. in Rubric. Cod. Quando tutores esse desinant. Joan. Andr. in Addition. ad Specul. in Rubric. de Tutor. in 1. addition. Bart. in leg. Quidam consulebant. ff. de Re judicat. fin. col. penult. quest. Abbas in cap. Cum vigessimus. de Offic. delegat. 2. col. num. 3. & ibi Bart. 5. col. Anania in Rubric. de Delict. pueror. 1. col. in med. Dominic. in cap. Grandi de supplend. neglig. pralat. lib. 6. penult. col. & ibi Anchar. fin. col. Joan. Monachus 1. col. qui subdit, quod si non recognoscat superiorem, debet dari tutor vel curator à Summo Pontifice: argumento text. in cap. Per venerabilem, qui filii sint legitim. Philipp. Probus fin. col. tenet etiam & reputat singularem Jas. in leg. fin. Cod. de Testament. milit. 1. colum. num. 4. Corn. ibi 1. col. num. 3. & ante eos Roman. ibi 2. col. num. 4. qui ad hoc allegat & considerat novum text. in leg. 1. Cod. de Tutorib. vel Curatorib. illustrium vel clarissimar. personar. Anton. Corsett. in tract. de Potestat. Regia. fol. 94. 28. quest.

Circa hoc tamen unum est notandum & mente tenendum: quod cum illo casu fidejussores idonei non possent verisimiliter reperiri, sufficient quales inveniri possent; quia aliàs propter impossibilitatem remaneret Rex pupillus vel adultus sine tutore vel curatore: argumento text. in Authentic. Generaliter. Cod. de Episcop. & Cleric. text. in leg. de Creationibus. versic. Sin autem. Cod. de Episcop. audien. cujus verba sunt: Sin autem talis ejus census inveniat, tunc & fidejussio in quantum possibile est ab eo exploretur: & ibi ad hoc expressè notat Alber. 2. col. in med. dicens ita consultum esse in favorem Regine Franciæ quæ fuit tutrix filii primogeniti. Jacob de Sanct. Georg. in tract. Feudor. 1. col. text. qui eadem verba ponit, in leg. fin. §. Sin autem non talis. Cod. de Curator. furios. quem ad hoc notat & commendat Bald. in leg. fin. Cod. de Magistrat. convenien. 1. col. num. 3. Roderic. Suar. in repetit. leg. Quoniam in prior. Anton. Gomez ad Legem Taur.

ribus. fol. 169. 3. col. versic. Unum tene mentis. text. in leg. Mulier. Cod. de Jure dot.

10 Item adde, quod Rex vel Princeps in suo Regno habet aliqua jura & privilegia, quæ sibi competunt ex plenitudine potestatis, & non competunt alteri magnati, vel domino temporali, nisi ex concessione ejus. Nam primò, solus Princeps potest legem condere, & interpretari: text. est in leg. 3. & in leg. Digna vox. & in leg. Leges sacratissima. & in leg. fin. Cod. de Legib. in fin. cujus verba sunt: Tam conditor quam interpret legum solus Imperator justè existimabitur. Secundò, quia si Princeps, vel fiscus, vel procurator ejus vendat rem alienam, valet venditio, & potest auferri jus partis, & tantum dominus, vel qui habet jus in re, habet regressum contra Regem, vel fiscum infra quadriennium: text. est in leg. Bene à Zenone. Cod. de Quadrien. præscript. Tertio, quia solus Rex vel Princeps potest monetam facere vel fabricare: text. est in leg. 1. Cod. de Falsa moneta. Quarto, quia licet alius inferior à Principe non possit sententiam diffinitivam transactam in rem judicatam revocare, etiamsi constet de innocentia condemnati, tamen Rex vel Princeps bene potest eam rescindere vel revocare: text. est singularis in jure, in leg. 1. §. Si quis ultro. ff. de Questionib. de quo latius dixi suo loco. Quintò, quia solus Rex vel Princeps legem transgreditur, dispensando, & spuris, & incestuosis legitimationem concedendo: text. est in leg. Qua in provincia. §. Dives. ff. de Ritu nuptiarum. & in Authentic. Quib. mod. natur. efficiunt. sui. & in Authentic. Quib. mod. natural. efficiunt. legitim. Sextò, quia ille qui offendit Regem vel Principem, committit crimen læsæ Majestatis; sed non ille qui offendit alium dominum temporalem: text. est in leg. 1. & per tot. ff. Ad Legem Juliam majestatis. Septimò, quia solus Rex vel Princeps restituit famam: text. est in leg. 1. §. de Qua. ff. de Postulando. Octavò, quia solus Rex vel Princeps potest pœnam delicti remittere, & veniam ejus concedere: text. est in leg. Servos. Cod. Ad Legem Juliam de vi. & ibi notat Bald. & alii DD. Quòd intellige, quando non est pars quæ accuset; quia tunc non potest facere cum conscientia & justitia: ita Sanct. Thomas 2. 2. quest. 67. artic. 4. Nonò, quia solus Rex vel Princeps potest dilationem temporalem debitoribus concedere: text. est in leg. Quoties. Cod. de Precibus Imperator offerend. Decimò, quia solus Rex vel Princeps potest appellationem sententiæ removere: text. est in leg. fin. Cod. de Sentent. & interloc. omn. judic. Undecimò, quia solus Rex vel Princeps potest de causa propria cog-

noscere: text. est in leg. Proximè. ff. de His qua in testam. delent. Duodecimò, quia solus Rex vel Princeps potest veniam ætatis minoribus concedere; text. est in leg. 1. & 2. Cod. de His qui veniam ætat. impetr. Et alia plura specialia privilegia, quæ soli Regi & Principi competunt, & non alii, ponit notabiliter Bald. in leg. Rescripta. Cod. de Precibus Imperator offerend. 3. col. num. 6. & alia plura, plusquam 60. ponit Lucas de Penna in leg. Contra publicam. Cod. de Re militar. lib. 12. & Jacob de S. Georg. in tract. Feudor. fol. 9. cum sequentibus. Et adde, quod licet Rex vel Princeps concedat alicui Duci, Comiti, Magnati, vel cuilibet domino temporali simpliciter & genericè privilegia regalia, non videtur concedere ista quæ concernunt supremam potestatem & dignitatem Regis vel Principis: Ita singulariter tenet Lucas de Penna in leg. 1. Cod. de Privilegiis Scholarium. penult. col. in fin. Paris de Puteo in tract. Syndicat. fol. 11. num. 8.

11 Aliquandò Majoratus consistit in titulo inferiori magnatum, putà, Ducis, Comitis, Marchionis, vel similis: & talis Majoratus dicitur provenire ab ipso Principe, vel Rege, cum ab eo habeant titulum & privilegium: Unde, isti magnates & illustres personæ dicuntur habere jura sua & privilegia ab ipso Rege vel Principe sibi concedente, vel mediante præscriptione, vel consuetudine quæ adepti sunt: Unde, largo modo & saltem mediàte videntur habere ab eodem jure à quo habuerunt ipsi Reges vel Principes. Imò quòd magis est, in his personis & Majoratu ista sit talis regula & doctrina: quòd isti magnates & illustres personæ habent in suo territorio omnia illa jura quæ habent Principes & Reges in suo Regno, præterquam illa, quæ in signum supremæ potestatis sunt eis reservata: quia dispositum in Regno, quòd est caput, videtur etiam dispositum & debet servari in membris, & sic in aliis dominis temporalibus & successionebus inferioribus existentibus infra Regnum, quæ deferuntur primogenito: argumento text. in cap. Cum non liceat. extrà de Præscriptionibus. ubi habetur, quòd non licet membra à capite recedere. (e) Item etiam, quia consuetudo Urbis Romæ, quæ erat Caput Mundi, servanda erat in Provinciis, ut in leg. de Quibus. ff. de Legibus. Facit etiam bonus text. in cap. 1. de Feudo Marchia. in lib. 1. Feudor. text. in

(e) Idem tenet Menchac. de Succession. creation. §. 27. num. 86. & 94. lib. 3. Resolut. cap. 5. num. 4. versic. 4. Gregor. in leg. 2. tit. 15. part. 2. verb. El mas propinquo. & in leg. 3. verb. Mugeris. tit. 13. part. 6. Ducñas in regul. 316. Burgos de Paz in Proemio legum Taur. num. 39. Molin. lib. 2. de Hispanor. primogeniis. cap. 2. num. 22.

cap. 1. §. Præterea Ducatus. de Prohibita feudi alienatione per Federic. in lib. 2. Feudor. & ibi Bald. & communiter DD. Et in expressò ex his fundamentis & rationibus istam sententiam & conclusionem tenet Paul. de Castro in consiliis suis. consil. 154. 1. col. in med. 2. volum. consil. Bolognin. ubi valdè commendat in consil. suis. consil. 62. Pro qua sententia & conclusione allego & considero in nostro Regno expressam & notabilem legem Partit. scilicet lex 12. in fin. tit. 14. 2. part. ubi expressè dicit, quòd isti magnates & illustres personæ debent uti in suo territorio eodem modo quo Reges & Principes in suo Regno.

12 Quæro tamen, si Rex vel Princeps concessit alicui Villam, Oppidum, vel Castrum cum titulo & dignitate Ducatus, Comitatus, Marchionatus, vel similis, an transeat ad hæredes jure Majoratus & primogenituræ, ut perpetuò veniat in filium vel descendente majorem, & sit inalienabilis & indivisibilis; an per mortem dignitas expiret, & bona dividantur inter hæredes? Et certè articulus est valdè subtilis & magni ponderis: Et videtur quòd titulus & dignitas expiret, & bona dividantur inter hæredes: Primò, quia talis dignitas est personalis, & finitur cum persona, nisi Rex vel Princeps de novo investiret & concederet hæredibus. Item etiam, quia talis dignitas non defertur nec acquiritur per successionem, sed per electionem: text. est in cap. 1. de Feudo Marchia. cujus verba sunt: De Marchia, Ducatu vel Comitatu, vel aliqua regali dignitate si quis investitus fuerit per beneficium ab Imperatore: ille tantum debet habere; hæres enim non succedit ullo modo nisi ab Imperatore per investituram acquisierit. text. in cap. 1. versic. fin. de Alienation. Feud. in lib. 1. Feudor. ibi: Item in feudo Comitatus, vel Marchia, vel aliarum dignitatum non est successio. text. in cap. 1. Quis dicatur Dux. in lib. 2. Feudor. text. in Authentic. de Exhibend. reis. collat. 5. text. in leg. 6. tit. 26. 4. part. Secundò, quia in dubio donatio vel concessio Regis vel Principis, imò etiam cujuslibet alterius censetur simplex, perpetua, & transitiva ad hæredes, & sine nullo onere, gravamine, vel conditione; nisi expressè per concedentem aliud dicatur: argumento text. in leg. Perfecta. Cod. de Donat. quæ sub mod. cum similib. Tertio, quia dato quòd diceremus, quòd ta-

lis dignitas & bona transeat ad filios, nepotes, & alios descendentes; tamen debet intelligi, ad omnes, non verò ad filium vel descendente majorem: argumento text. in cap. 1. §. Præterea Ducatus. de Prohibita Feudi alienatione per Federic. in lib. 2. Feudor. cujus verba sunt: Præterea Ducatus, Marchia, Comitatus de cetero non dividatur, quia non est valida consequentia: ista bona non dividuntur, ergo vadant ad filium majorem: imò pertinent ad omnes filios vel hæredes pro indiviso: text. est in leg. 2. §. Ex his. ff. de Verbor. obligat. text. in leg. 2. §. Cato. eod. tit. text. in leg. Stipulationes non dividuntur. cum materia eod. tit. text. in leg. Via irineris. ff. de Servitutibus. text. in leg. Hæredes. §. Antea stipulatio. ff. Famil. erisc. cum similib. Et in expressò, quòd titulus sive dignitas expiret, & bona dividantur, tenet latè Roder. Suar. post patrem & genitorem suum, in repetit. leg. Quoniam in prioribus. Cod. de Inoffic. testam. fol. 78. versic. Undecimò limita. cum sequentibus.

Sed his non obstantibus, ego teneo contrariam sententiam & conclusionem, imò quòd talis dignitas cum ipsis bonis perpetuò transeat ad filium majorem jure primogenituræ, sicut Majoratus, & bona sint indivisibilia & inalienabilia. (f) Primò, quia illud quod reperitur dispositum in Regno, quod est caput, videtur etiam dispositum in aliis dignitatibus, tanquam in membris, ut supra proximè dixi: Sed in Regno succedit filius, nepos, vel descendens major jure primogenituræ: Ergo similiter in Ducatu, Marchionatu, & aliis similibus dignitatibus: text. est singularis & expressus in cap. Licet. de Voto. & ibi notat & extendit Abbas & alii DD. & extantibus masculis, femina non succedit; sed eis non extantibus, bene admittitur, ut supra dixi in Regno, per jura & rationes, de quibus ibi. Secundò, quia in dubio, quando Rex vel Princeps facit ta-

lem concessionem, videtur eam facere cum qualitate & prærogativa quæ inest in similibus dignitatibus: text. in leg. Nec leges. & in leg. Non posuit. & in leg. Minimè. & in leg. de Quibus. cum materia ff. de Legibus. text. in leg. Si de interpretatione. eod. tit. cujus verba sunt: Si de interpretatione legis queratur, in primis inspiciendum est quo jure Civitas retrò in hujusmodi casu usa est; optima enim est legum interpretatio consuetudo. text. in cap. 1. de Alienation. feud. in lib. 1. Feudor. text. in cap. 1. versic. 1. An maritus succedat uxori. in lib. 1. Feudor. ibi: quia secundum usum Regni ad beneficium vocantur paternum, & non maternum. text. in cap. 1. de Feudi cognitione. in lib. 2. text. in cap. 1. §. Sed etiam per quos fiat investitur. eod. lib. text. in cap. 1. §. fin. de Investitura de re aliena facta. eod. lib. text. in cap. 1. Quis dicatur Dux vel Marchio. eod. lib. text. in leg. More majorum. ff. de Jurisdiction. omni. judic. text. in leg. Anniculus. ff. de Verbor. significat. text. in leg. Testamenta omnia. Cod. de Testam. text. in cap. Cum dilectus. de Consuetudine. text. in cap. Certificari. de Sepult. text. in cap. Utinam. 76. distinct. text. notabilis & melior de jure in cap. Raynutius. de Testament. propè fin. ibi: itaque deductio fiat tantum de is rebus de quibus secundum jus sive consuetudinem Civitatis fieri consuevit. & est singularis & unicus in sua decisione, secundum Roman. in leg. Si sequens. §. fin. ff. Ad Syllanian. (g) Ex quo singulariter inferitur, quòd si quis haberet bona & loca propria immobilia absque dignitate, & postea Rex vel Princeps concedat sibi titulum vel dignitatem Ducatus, Comitatus, vel Marchionatus, ut quotidie fit, talia bona debent pertinere ad filium majorem jure Majoratus, & erunt perpetuò inalienabilia & vinculata, & deinceps pertinebunt ad proximum descendente primogenitum jure Majoratus cum titulo & dignitate, licet aliter Majoratus non probetur ex constituto.

(f) Eadem tenet Gregor. in leg. 12. tit. 1. part. 2. gloss. 1. Pinell. de Bonis matern. in leg. 13. num. 16. Mieres in tract. Majorat. 1. part. quest. 12. num. 14. Matienz. 14. in leg. 11. tit. 7. lib. 5. gloss. 7. num. 2. Molin. lib. 1. cap. 13. per tot. & in specie, num. 10. Velazquez de Aven- daño hic glossa 2. num. 69.

(g) Confirmatur etiam, quia tantum valet generica dispositio quoad genus quantum particularis, quoad speciem: argumento text. cum materia, in leg. Centurio. ff. de Vulgar. text. in leg. Lucius. eod. tit. text. in leg. Precibus. Cod. de Impuber. cum similib. Rursus etiam, quoniam quando quis legat penum, hoc est esculenta & potulenta, videtur legare omnia quæ illius vi sunt parata & destinata, & quæ in eo possint comprehendi, ubicumque illa sint: text. est in leg. fin. ff. de Penul. legat. Ex quo dicit eleganter ibi Bart. quòd si testator legat cameram suam, videtur legare suppellectilia omnia cujuscumque generis, quæ cameræ sunt parata, ubicumque sint, sequitur & commendat Bald. in Rubric. Cod. de Verbor. significat. Paul. Imol. & communiter DD. in leg. Cum pater. §. Mente. de Legat. 2.

tutione domini possessoris, vel longa & præscripta consuetudine. Sed communiter omnes magnates & possessores habent & possident eas jure Majoratus, & primogenituræ: Ergo, &c. Nec obstant fundamenta contraria, quæ habent, quod dignitas est personalis & finitur cum persona: Quia debent intelligi, quando datur & conceditur de per se sine aliquo territorio; secus tamen si cum aliquo loco vel territorio. Nec obstat etiam text. in dict. cap. 1. §. Præterea Ducatus. Quia debet intelligi in feudo; quod in pluribus differt ab aliis bonis & dignitatibus.

Unum tamen est, quod si quis haberet loca propria absque dignitate, & postea Rex vel Princeps concedat sibi titulum vel dignitatem Ducatus, Comitatus, vel Marchionatus, ut quotidie fit; non propterea sequeretur quod talia bona pertineant ad filium majorem, & sint effecta Majoratus & inalienabilia; sed dividuntur inter hæredes, & dignitas tamquam personalis expiraret; nisi Majoratus in eis probetur ex constitutione domini possessoris, vel longa & præscripta consuetudine. (b)

13 Aliquando Majoratus consistit in aliis bonis & personis particularibus: qui fit cum Principis autoritate & facultate; ut quando quis succedit in aliquibus bonis unitis & vinculis ex dispositione hominis, & sic personæ privatæ cum Principis autoritate & facultate, hoc pacto, modo, vel conditione, ut non possint alienari, sed semper veniant ad unum tantum. Pro cujus perfecta intelligentia & declaratione dico, & præsuppono: quod regulariter dominus & possessor non potest vinculum & gravamen de non alienando apponere in sua re per contractum inter vivos; sed facta alienatione, transfertur dominium, licet gravatus & prohibitus alienare teneatur ad interesse. (i) Et istam sententiam & conclusionem primò probat text. in leg. Si ita quis. §. Ea lege. ff. de Verbor. obligat. ubi habetur, quod si quis vendidit, donavit, vel tradidit alteri rem, eo pacto & conditione, ut non possit alienare; bene & liberè potest eam alienare, licet gravatus & pro-

(b) Idem tenet Velazquez de Avendaño hic gloss. 2. num. 68. Molin. de Primogenitur. lib. 1. cap. 11. numer. 27.

(i) Prout eommuni opinione continetur, quàm refert Tell. in leg. 3. Taur. 2. part. num. 10. & per regulam & fallentias tradit Jas. in leg. Si ita quis. §. Ea lege. num. 19. cum sequentib. Gutierr. in dict. leg. Nemo potest. num. 27. Azeved. in leg. 11. tit. 6. lib. 5. Recopilat. num. 10. quod si in contractibus hæc prohibitio apponebatur, non impediabat domini translationem, ut probat text. in leg. 43. tit. 5. part. 5. & rationem differentiarum, inter contractus & ultimas voluntates quoad hanc prohibitionem alienationis, tradit Gutierr. ubi supra, id etiam tenet Gregor. in leg. 43. tit. 5. part. 5. verb. No vale. lib. 1. cap. 12. num. 30.

hibitus teneatur ad interesse: Et ad hoc notat & commendat ibi Bart. Alberic. Bald. Angel. Paul. Imol. Aret. Alexand. Jas. & communiter DD. Secundò istam sententiam & conclusionem probat text. in leg. penult. ff. de Pact. ubi disponitur, quod nemo potest per contractum obligari suam rem non alienare; & ibi notat Bart. & communiter DD. Tertio istam etiam sententiam & conclusionem probat text. in leg. Si sterilis. §. Si tibi. ff. de Action. empt. ubi disponitur quod si vendo alicui fundum eo pacto & conditione, ut nulli alii vendat nisi mihi; per hoc non impeditur libera alienatio in quemlibet, licet mihi teneatur ad interesse: & ad hoc notat & commendat ibi Bart. Alber. Bald. Paul. Fulgos. & communiter DD. Quarto istam sententiam & conclusionem probat text. in leg. Ea lege. Cod. de Condit. ob caus. ubi habetur, quod si quis donavit rem duobus, pacto apposito, ut neuter alienet partem suam; aut nemo debet alienare, aut donatori vel ejus hæredi competit conditio ob causam ad interesse: & ad hoc notat & commendat ibi Glossa ordinaria Bald. Salic. & communiter DD. Quinto istam etiam sententiam & conclusionem probat text. per argumentum ab speciali, in leg. 1. Cod. de Donat. qua sub mod. ubi habetur, quod donatio facta eo pacto, modo, & conditione, ut recipiens teneatur prestare alimenta; si contra faciat, ipso jure retrò transfertur dominium in donantem, & potest rem à quocumque possessore vindicare: quod procedit tantum favore alimentorum: ergo aperte sequitur & inferitur contrarium esse in aliis casibus: Et ad hoc notat & commendat ibi Petr. de Bellapert. Cin. Jacob. Butr. Bart. Alberic. Bald. Angel. Salic. & communiter DD. Sexto istam etiam sententiam & conclusionem probat text. bene ponderatus in leg. Quoties. Cod. de Rei vindicat. & in leg. Qui tibi. Cod. de Hæred. vel action. vendit. & in leg. 1. Cod. de His qui à non domin. manumitt. sunt. & in leg. Si ancilla. Cod. de Actionib. empt. quibus probatur & disponitur, quod licet ille qui vendit rem, primo teneatur tradere, & nullo modo vendere nec alienare, ut

in leg. 1. & per tot. ff. de Action. empt. & in leg. Qui fundum. ff. de Contrahend. empt. & in leg. Qui duobus. ff. Ad Legem Cornel. de Fals. & in leg. Venditor hominis. & per tot. ff. de Eviction. & in leg. Ex his. & per tot. Cod. eod. tit. tamen, si talis venditor veniat contra promissionem vel obligationem, & vendat & alienet alteri, valet & tenet alienatio, & transfertur dominium, licet emptori primo teneatur ad interesse. Septimò istam etiam sententiam & conclusionem probat text. notabilis & expressus in leg. fin. §. fin. ff. de Contrahend. empt. & in leg. Adhuc. §. Si operas. ff. de Usufructu. & in leg. Quadam. §. His autem. ff. de Edendo. & in leg. 1. §. Si hæres. ff. Ad Trebellian. & in leg. Fluminum. §. Adjectur. ff. de Damno infect. & in leg. Cum tibi. Cod. Qui potior. in pignori. habent. & in leg. Aris alien. Cod. de Donat. & in leg. Incendium. Cod. Si cert. petat. & in leg. Eum cui. Cod. de Action. & obligat. ubi probatur, quod actio vel obligatio personalis causata vel emanata respectu alicujus rei non sequitur ejus possessorem, sed tantum personam principaliter obligatam, vel ejus hæredes. Octavo istam etiam sententiam & conclusionem probat text. in leg. 1. & per tot. ff. de His qua in fraud. cred. & in leg. 1. & per tot. Cod. eod. tit. ubi habetur, quod alienatis bonis debitoris, non potest creditor agere contra particulares successores & possessores eorum, nisi dolo vel fraude in utroque probata modo & forma, de qua ibi: ergo ita dicamus in nostro casu, quod illa promissio & obligatio, qua quis tenetur non alienare, non afficiat rem, nec impediatur alienationem ejus, sed liberè transeat & pertineat ad successorem particularem.

14 Nonò pro ista sententia & conclusione facit: quia in obligationibus facti tantum succedit obligatio ad interesse; non verò transit nec acquiritur aliquod jus in re, nec ad rem: text. in leg. Stipulationes non dividuntur. versic. Celsus. ff. de Verbor. obligat. text. in leg. Si fund. in certa die. eod. tit. text. in leg. Cum stipulatus sum mihi à Proculo. §. fin. eod. tit. text. in leg. Si tertius. §. Officium. ff. de Aqua pluvia arcend. text. in leg. Si quis ab alio. §. fin. ff. de Re judicat. text. in leg. 1. ff. de Action. empt. Sed in nostro casu promissor promisit factum, & sic rem suam non alienare: ergo tantum est obligatus personaliter ad interesse, & obligatio non afficit rem, nec impedit ejus alienationem, nec domini translationem.

15 Decimò & finaliter pro ista sententia & conclusione facit; quia pactum adjectum contra naturam & substantiam actus vel dispositionis est nullum: text. est in leg. Cum præ-

cario. ff. de Precario. & ibi notabiliter Bartol. Alberic. & Antiqui. Notat etiam Paul. Jas. & alii DD. in leg. fin. ff. de Condit. ob caus. ultra quos allego similia notanda jura: text. in leg. 4. ff. de Pignori. quem ibi reputat singularis Bart. & alii DD. text. in leg. 1. §. 1. ff. Si usufructus petatur. text. in leg. Si peculium servor. ff. de Pecul. legat. text. in leg. Obligationem ferè. versic. Sic & in tradendo. ff. de Action. & obligat. text. in leg. Si fundum sub conditione. §. Qui fundum. ff. de Legat. 1. text. in leg. Eum qui. §. 1. ff. de Verbor. obligat. text. in leg. Julianus scribit. eod. tit. text. in leg. Continuus. §. fin. eod. tit. text. in leg. Tale pactum. §. fin. ff. de Pact. Sed dominium, virtus, & effectus ejus, est jus perfectè disponendi de re, ut in leg. Si quis vir. §. Differentia. ff. de Acquirend. possess. & ibi Bart. & communiter DD. Ergo pactum appositum in contrarium est contra naturam & effectum ejus, & per consequens non debet valere.

Item etiam confirmatur tertia viva & subtili ratione; quia sicut regulariter ex solo titulo non transit dominium sine traditione, ut in leg. Traditionibus. Cod. de Pact. text. in leg. Traditio. ff. de Acquirend. rerum domin. text. in leg. Si ager. ff. de Rei vindicat. text. in leg. Quadam mulier. eod. tit. text. in leg. Cl. vibus. ff. de Contrahend. empt. text. in leg. Quod vendidit. eod. tit. text. in leg. 1. Cod. de Donat. text. in leg. Quisquis. eod. tit. text. in leg. pen. Cod. de Rei vindicat. text. in leg. Quæ prædium. Cod. de Distrab. pignori. text. in §. Per traditionem. Injunct. de Rerum divis. text. in §. Interdum. eod. tit. ita eodem modo non amittitur dominium solo pacto, sine nova retraditione. Et in expresso istam rationem ponit Glossa ordinaria in leg. Ea de lege. Cod. de Condit. ob caus. & ibi Petr. Cin. Bart. Alberic. Bald. & communiter DD. Glossa etiam ordinaria in leg. fin. Cod. de Rebus alien. non alien. & ibi Odofred. & communiter DD. Bald. in leg. Peto. §. Fratres. §. oppos. ff. de Legat. 2. & ibi Imol. & alii DD. Jas. in leg. Si ita quis. §. Ea lege. ff. de Verbor. obligat. 6. col. num. 2. tenet etiam Innocent. in cap. Raynaldus. de Testament. penult. col. & ibi Canonistæ. Pro qua sententia & communi ratione considero text. expressum in leg. Ab emptione. ff. de Pact. ubi probatur, quod non potest recedi à contractu perfectò & consummato mediante traditione, nisi interveniat retraditio in dissolutione contractus: probat etiam text. in leg. 1. & 2. Cod. Quando liceat ab empt. disced. text. in leg. Cum emptor. ff. de Rescind. vendit. text. in leg. Jurisgentium. §. Aded. ff. de Pact. Confirmatur etiam